HEBRAICORVM BIBLIORVM

Veteris Testamenti Latina interpretatio, opera olim Xantis Pagnini Lucensis: nunc verò Benedicti Ariæ Montani Hispalẽsis, Francisci Raphelengii Alnetani, Guidonis, & Nicolai Fabriciorum Boderianorum fratrum collato studio, ad Hebraicam dictionem diligentissimè expensa:

CENSORVM LOVANIENSIVM IVDICIO EXAMINATA, ET ACADEMIÆ SVFFRAGIO COMPROBATA:

Ad Regij Sacri operis commoditatem & apparatum.

Christophorus Plantinus Regius Prototypographus Antuerpiæ excudebat.

BENEDICTI ARIAE MONTANI
HISPALENSIS IN LATINAM EX HEBRAICA VERITATE VETERIS TESTAMENTI INTERPRETATIONEM,

Ad Christianæ doctrinæ studiosos

PRÆFATIO.

NEMO duarum, aut plurium linguarum cognitione præditus, quotidiana experientia non docetur, idque vsu sępissimè compertum est, fieri non posse, vt cuiusuis auctoris mentem, ac sententiam faciliùs vlla lingua quisquã assequatur, quàm illa met, qua is veluti sibi familiarissima, ac materna, aut est loquutus, aut monumenta scriptis reliquit. Constat enim animi nostri sensa & cogitationes ea lingua, quæ tanquam nobiscum nata est, quàm qualibet alia, quæ non sine labore comparatur, multo minori negotio, atque etiam multò aptiùs exprimi posse. Idque tum natura ipsa docet, tum facilitas illa, qua miro quodam modo ad eius potius, cui nobiscum vna eademq. lingua materna communis est, quàm ad illius, quocum extero sermone, licet alioqui nobis noto, vti opus est, colloquium allicimur. Fit autem plerumque, vt ij qui artes, ac disciplinas tractant, aliena lingua vti cogantur: quod quidem euenire solet, aut propter eius linguæ cognitionem, quam interdum habent plures nationes; aut quòd iis vocabulis, quæ in earum artium aut disciplinarum, quas profitentur, tractatione adhiberi necesse est, in propria lingua destituantur. Atque hac potissimùm de causa necesse habent earum linguarum adiumentis vti, quibus linguis artes ac disciplinæ, in quibus ipsi versantur, luculẽter traditæ sunt ac cõscriptæ: ideoq. fit, vt qui ad illarũ cognitionẽ peruenire cupit, earum linguarũ, quibus eas se artes faciliùs assequi posse putat, facultatem sibi necessariò comparandam existimet. Equidem optandum sit vno omnes linguæ genere vti: nam hoc modo consuetudo, rerumque vsus, ac tandem communis illa societas, qua homines inter se veluti quodam affinitatis vinculo coniunguntur, multo minore labore, quàm nunc fit, conseruari posset. Sed quando humani generis culpa, ac iusto Dei iudicio omnium hominum communio dirempta, & vnicus ille loquendi modus in varia, ac planè diuersa linguarum genera diductus est; necesse est eum qui ex cæterorum consuetudine aliquam vtilitatem percipere cupit, eorum linguam discere quibuscũ res ei est, aut certè cum iis versari qui eius linguã probè teneant, à quibus nimirùm intelligatur. Sed neque perinde est vtile, neque etiam tam in laude ponitur, materna lingua cum extero, qui eam nouit, vti, quàm peregrinam linguam probè tenere. Qua de causa qui rerum peregrinarum studio tenentur, continuo labore, ac diligentia peregrinis etiam linguis, quibus earum rerum, quas scire cupiunt, cognitio continetur, & quibus eæ primùm pertractatæ fuerunt, operam dant. Inter eas autem disciplinas, quæ omni hominum generi vtiles, atque adeò necessariæ sunt, quæque ideo ab omnibus disci debent, nullam esse, quæ cum sacræ ac diuinæ scripturæ dignitate ac præstantia conferri aut comparari possit, in maiori, quam Regiis Bibliis præposuimus, præfatione, abundè à nobis demonstratum est. Consequens ergo est, eum, qui sacratissimæ illius scientiæ studio tenetur, ea sibi adiumenta comparare, quibus ad eius sacraria, tum facilem, tum etiam breuem sibi viam patefaciat. Nihil verò est quod ad eam rẽ aditum faciliorẽ parare possit, quàm earum linguarum cognitio, quibus sacri libri, Spiritu Sancto auctore, fuerunt conscripti. Duo autem linguarum genera, diuino consilio inter cætera potissimùm delecta sunt, quibus omnis diuinorum mysteriorum ratio contineretur. quarum altera omnium antiquissima, à Deo ipso instituta, inter primos humani generis parentes in vsu fuit. altera verò propter paternam Noah in filium Iapheth benedictionem, cum gente ipsa fuit præ cæteris illustrata. Illam posteritas Hebraicam (quam meritò primæuam potius dixeris;) hanc verò Græcam siue Eliensem appellauit. quæ quidem cùm vel ob cæterarum nationum cum Græca familiaritatem & cõmercia, vel propter studium, quod in ea addiscenda à plerisque adhibitum est, compluribus nationibus nota, & familiaris fuerit, aptissima & maximè cõmoda fuit, qua diuina mysteria plerisque nationibus patefierent. Inter omnes verò Hebraica lingua primatum quendam obtinuit, & in quadam veluti sacra arce collocata est. idque tum propter venerandam illam antiquitatem: est enim mundo ipsi coæua: tum propter primorum humani generis parentum, qui ea vsi sunt, dignitatem; tum verò maximè (vt testis est Moses) quòd Deum ipsum primum habeat auctorem, & qua potissimæ ac nobilissimæ partes vniuersi huius orbis, qui conspici potest ac videri, sua quæque nomina primùm sunt sortitæ, qualia sunt: cælum, terra, mare, lux, nox. quæ etiam hominibus ipsis imposita nomina continuit, quorum significatio totidem elementis, eodemq. singularum partium pondere constans in aliis linguis non est. His & illud accedit, Deum ipsum post insignem illam linguarum diuisionem, probitate & sanctitate maximè conspicuos viros hac lingua allocutum esse; quod vel ex nominibus ab ipso aut impositis, aut mutatis constat: cuius generis sunt hæc: Abram in Abraham, Sarai in Sara, Iacob in Israel,

atque adeò sacratissimum illud ipsius nomen, omni hominum captu & interpretatione maius, quod ex huius linguæ verbis deduci voluit. Neque verò his solùm ornamentis hanc linguam præ cæteris decorauit & insigniuit, sed tum admirabili illo legis ab ipso latæ ac conscriptæ volumine, tum etiam frequentibus illis cum Mose colloquiis eam mirificè illustrauit. Nam hæc omnia, Hebraica lingua prolata & tradita fuisse, præter constantem fidem, quæ vel apud ipsos linguarum detrectatores est, plurima nomina, ac præclara monumenta declarant, quæ in deserto illo, in quo Deus quadraginta annorum spatio Israelitas exercuit, relicta sunt. Neque verò illud postremum est, nullam, scilicet, earũ linguarum, quarum cognitio ad hanc vsque ætatem deuenit, vel pronunciationis integritate gratiorem, vel simplicium verborum copia abundantiorem, vel significatione ipsa, vel significandi modis magis esse distinctam. Quod quidem, cùm ad eum locum peruenerimus, Deo dante, à nobis sigillatim demonstrabitur. Quamobrem qui in sacris diuinæ Legis, Psalmorum, & Prophetarum libris intelligendis diligentissimam (quatenus per humanam industriam pręstari potest) operam posuerunt, nulla neque laboris, nec difficultatis habita ratione, ad eius linguæ studia se contulerunt, cui diuina mysteria primùm credita sunt, vt aliquando cum hominibus communicarẽtur. Quod si id magistrorum defectu interdum effici non potuit: saltem à piis sacræ scripturæ studiosis, Græcæ & Latinæ linguę non ignaris semper expetitum est, vt illa primæuæ, & antiquissimæ linguæ proprietas, doctorum aliquot virorum diligentia, iis linguis, quas ipsi tenent, quàm fieri posset aptissimè exprimeretur, vt hac ratione proprias veteris Testamenti locutiones assequerentur. Hoc consilium sunt secuti D D. Augustinus & Hieronymus: quorum ille in iis libris quos De doctrina Christiana inscripsit, ita scriptũ reliquit: Et Latinæ quidem linguæ homines, quos instruendos suscepimus, duabus aliis, ad scripturarum diuinarum cognitionem habent opus, Hebræa, scilicet, & Græca; vt ad exemplaria præcedentia recurratur si quam dubitationem attulerit Latinorum interpretum infinita varietas. Hieronymus verò ad Suniam & Fretelam scribit, his verbis: Sicut in nouo Testamento, si quando apud Latinos quæstio exoritur, & est inter exemplaria varietas, recurrimus ad fontem Græci sermonis, quo nouum scriptum est instrumentum: Ita in veteri Testamento, si quando inter Græcos, Latinósque diuersitas est, ad Hebraicam recurrimus veritatem, vt quidquid de fonte proficiscitur, hoc quæramus in riuulis. At præter magnam doctorum, sanctorumque virorum auctoritatem, quæ ad persuadendum plurimum posse debet, multis etiam argumentis, si, vt par est, ea ponderentur, & attentè considerentur, primęuæ atque omnium antiquissimæ linguæ vtilitas apertè demonstratur; eaque, quam nullus in quouis alio linguarum genere interpres assequi possit: ex quibus à nobis hoc loco quędam collecta sunt, quæ candidis ac maturo iudicio præditis lectoribus satis facere debere existimamus.

Aug. de Doctr. Christ.

Aug. Epist. 19 ad Hier.

Hier. ad Sun. & habetur dist. 9. c. Ad veterum.

Hieron. Comm. lib. 2. in Epist. ad Gall.

1 PRIMVM itaq., quod in aliqua lingua ambiguũ verbum est, id non semper ab interpretibus ambiguè reddi potest. qua in re sententiæ, & vocabuli illius significatio non integra, sed manca quodammodo & ex parte tantùm conuertitur. Atqui cùm huiusmodi aliqua vox, ambigua, scilicet, seu quæ duo significat, in primęua illa lingua vsurpatur, ea Spiritum sanctum sine delectu aliquo vsum non esse, nobis persuademus; & vtramq. significationem, suam interpretationem postulare; & hac de causa eas voces nobis, vt in vtraq. parte eas interpretemur, propositas esse credimus. huius autem rei exẽpla præter ea quę passim in nostris scriptis sunt allata, alia, ac plura, Deo dãte, posthac à nobis indicabũtur.

2 FIT autem plerumque, vt ea, quę in prima lingua vnum, ac certum aliquid significant, ab interpretibus ambiguè reddantur: Rursusque illa è secunda in tertiam linguam conuersa, adhuc magis incertam significationem relinquant. quod quidem ex quamplurimis exemplis in veteri Bibliorum editione patet: quale illud est in Psalmo centesimo decimo נדבות Græcus enim interpres vertit ἀρχὴ; ex quo Latinus, principium reddidit, cùm vertendum fuerit, Principatus: qua, nimirùm, voce magnum de Christi imperio & auctoritate arcanum continetur.

3 PLERAQVE verò, quæ in primo ipso fonte perspicuam habent sententiam, in aliam linguam conuersa, obscuriora fieri cuiuis in linguarũ cognitione versato manifestum est. Id verò plerumque accidit vel in iis dictis, in quibus prouerbium aliquod continetur, aut in vocibus communibus, vel in iis verbis, quæ ad aliquam artem pertinent. Eæ enim voces, quæ in singulis linguis per translationem adhibitæ sunt, rarò in alias linguas translatæ, conuenire solent: vt à nobis sæpius est obseruatum.

4 NEQVE verò, secunda interpretatio, quæ à priore manat, eandem habet puritatem, atque elegantiam quam prior: neque etiam ipsa prior editio, quæ est ex primæuo exemplari expressa, eam habet vim ac vocum proprietatem, quam in ipso primo exemplari agnoscas.

5 HIS & illud accedit, pleraque in primæua lingua non modò tralationibus, sed cæterarum etiam figurarum generibus, ac modis enunciari, quæ vt ab interpretibus pari significationis proprietate, elegantia, & splendore reddantur, fieri nullo modo potest. Ea enim, in quã transferuntur, lingua huiusmodi dictionum structurã in eadem significatione non admittit: atque huius generis exempla in nostris Commentariis plurima annotauimus, ac plura etiã posthac, Deo permittente, à nobis proferẽtur.

6 ILLVD autem inter cætera sæpius & quotidiano vsu compertum est, tum librariorum, tum etiam Typographorũ culpa multos errores tam in Græca, quàm in Latina lingua passim cõmitti, qui nullo modo, nisi ex primæuæ illius linguæ veritate, emẽdari possunt. Quanta verò integritate sacra Biblia in ea lingua, quæ sancta appellatur, semper cõseruata fuerint (etsi non desunt qui vnius Iustini Martyris

opinione

opinione adducti aliter sentiunt) plerique doctissimi viri constanter asseuerarunt; idque a nobis etiam, quoad fficere poterimus, aliquando etiam demonstrabitur.

7 SAEPIVS autem euenire videmus, vt deprauato hæreticorum ingenio, insignique malitia, Latina sacrorũ Bibliorum interpretatio fœdè corrumpatur, & nouarum interpretationũ prętextu, per summũ scelus contaminetur, aut etiam, (quod sæpissimè accidit,) falsa sententiæ interpretatione peruertatur. Cui malo nullum magis salutare remedium adhiberi potest, quàm si veritas ipsa, primæuæ, & archetypæ illius linguæ subsidio cõfirmata, à sceleſtorũ hominum impietate vindicetur. Si enim prima illa primi ac omnium vetustissimi exemplaris verba cum iis, quas isti vsurpant, dictionibus, & peruersa interpretatione attentè conferantur, deprauatio, ac fœditas illico deprehendetur.

8 ILLVD verò prætermittendum non est, sacram, nempe, scripturam adeò vberem, ac fœcundam esse, vt sæpius duplicem sensum in se contineat. quod quidem potissimùm accidit, cùm oratio ex figuris, exornationibus, aut allegoriis constat. quæ quidem fœcunditas nusquam magis, quàm in primæua illa lingua, deprehendi aut obseruari potest. Quo in genere, illam, quæ sancta appellata est, linguam cæteris præstare omnibus, constat: cuius, nimirùm, infinitæ penè dictiones multiplicem in se significationem continent: quod in quouis alio linguarum genere non inuenias. Atque hac potissimùm de causa eam tanquam omnium fœcundissimam à Deo electam esse, vt diuinorum mysteriorum veluti sacrarium quoddam esset, credendum est.

9 MVLTA ad hanc rem alia argumenta hoc loco afferri possent, quibus primæua linguarum genera cæteris omnibus, quæ ad ea tanquam interpretes accedunt, dignitate ac præstantia præcellere, ostendi posset, nisi breuitati studentes, præfationis terminos circunscriberemus; & nisi illud quoque intelligeremus, nihil tantùm hac in parte à nobis afferri posse, quod cum iis, quæ à peritissimis viris de antiquarũ linguarum, ac potissimùm de sanctę illius ac primariæ linguę vtilitate, dignitate, & amplitudine tradita sunt, ne minima quidem ex parte cõferri posse. Hisce igitur, atq. aliis hodierno dię quamplures doctissimi ac pientissimi viri, rationibus adducti, nullis nec vigiliis, nec laboribus pepercerunt, vt Hebræa cum Græcis, Latinisque coniungerent. qui cùm suorum laborum vtilitatem sibi ex voto successisse animaduerterent, tantum abest, vt eos tantorum laborum pœnituerit, quinimo potius tanti, tamque præclari beneficij, immortales Deo gratias egerunt. Alij verò extiterunt qui aut propter incommoda, quæ tunc temporis esse poterant, aut etiam ob magistrorum penuriam, operis magnitudine deterriti, alienis potius laboribus frui, quàm suorum periculum facere, maluerunt. exoptabant quippe non solùm Hebraicæ linguæ sententiam, verùm vim ipsam verborum, ac figuras, & loquendi proprietates Hebraicas docti alicuius viri diligẽtia, Latinis verbis quàm aptissimè exprimi; vt hac ratione sacra mysteria ipsis innotescerent. Sed cùm animaduerterent quamplurimos hac tempestate interpretes in eo totos esse, vt Biblia Hebræa certatim quàm maximè Latina faciant, id est, Latinitati tantùm studeant; ipsi contrà id solùm percupiunt, vt Biblia Hebræa non quàm maximè Latina, sed quàm maximè Hebraica Latinè habeant, id est, vt ab Hebraici sermonis phrasi & proprietate ne transuersum quidem digitum, quod aiunt, discedatur: vt hoc nimirùm modo, & assidua illa lectione, diuinorum mysteriorum cognitionem tandem longo vsu sibi familiarem reddant, & viam sibi ad veterem illam sacrorum Bibliorum editionem, (quam diligenter correctam cæteris omnibus anteferendam existimamus) sibi patefaciant.

10 QVO quidem doctorum, piorumque virorum desiderio permoti nonnulli linguarum cognitione præditi, sacra Biblia ex Hebræa in Latinam linguam de verbo exprimendi prouinciam alioqui difficillimam susceperunt. Inter quos nullus nostro hoc sæculo, ob maiorem operam in hoc negotio consumptam, maiori dignus commendatione habitus est, quàm Santes ille Pagninus, vir ex D. Dominici familia ob insignem pietatem, sacræ Theologiæ cognitionem, & summam denique linguarum peritiam maximè conspicuus. Cuius viri Latina ex Hebraica veritate sacrorum librorum interpretatio non paruum candidis Theologis ad sacræ scripturæ arcana intelligenda adiumentum attulit.

11 VERVM enimuero cùm nihil simul & inuentum & perfectum sit, neque vna, eademque ætas omnia in lucem proferat, neque etiam vnius mente omnia perspici, ac peragi possint; non potuit vir ille, licet ob eximiam doctrinam propè singularis, in re tam ampla, & in ea lingua, in qua infinita propè mysteria continentur, ita omnia accuratè, diligenterque vidisse, quin aliquid etiam exercitatis ingeniis dispiciendum, examinandumque reliquerit. Plerique igitur eximij illius viri laboribus, & doctrina adiuti, nonnulla obseruarunt, quæ minus diligenter (pace tanti viri dixerim) ab ipso animaduersa sunt. Quæ quidem res, licet non magni momenti, siquidem cum ingenti ea, quæ ex eius laboribus percipitur, vtilitate conferatur, nihilominus præbuit occasionem nonnullis, qui potius veritatis, quàm altercationis studio ducebantur, vt eam Santis Pagnini Bibliorum interpretationem, vltrà etiam quàm par sit, tum dictis, tum etiam scriptis carperent, his potissimùm adducti rationibus; quarum præcipuæ hæ sunt: plerisque in locis Pagnini interpretationem neque cohærere cum veritate Hebraica, neque satis ętiam cum Catholicę fidei mysteriis conuenire. cuius rei hoc ab illis exemplum indicatur in libro Iob, quo loci nostra editio habet: *Ego scio quòd in nouissimo dè terra surrecturus sum, & rursus circundabor pelle, & oculi mei conspecturi sunt.* quem locum ita vertit Pagninus: *Et ego noui redemptorem meum viuum & nouissimũ, qui super terram surget; & post pellem meam contritam vermes contriuerunt*

hanc

hanc carnem, & de carne mea videbo Deum &c. Cuius interpretationis pars, neque cum fidei nostræ mysteriis, neque cum re ipsa, de qua eo loco disseritur, rectè quadrat, nisi longa, & difficili annotatione addita. Si quæ igitur huiusmodi occurrerent, & obseruari, & corrigi omnino debere docti viri censuerunt. Nonnulla insuper, minora illa quidem adnotata sunt: sed quæ tamen frequenter occurrunt, & ad Hebraicæ veritatis examinandæ rationem non leuis sunt ponderis, ac momenti: Quod is, videlicet, susceptæ ex verbo interpretationis nonnunquam oblitus paraphrastem egerit, vt apud Isaiam: *Superstitione repleti sunt præ Aramæis qui sunt ad orientem Israelis:* Deinde quòd dictiones, quæ simpliciter verti debuerant, addita expositione interpretatus sit, vt eodem loco: *In scientiis alienis*; cùm vertendum fuerit, *in natis alienis*; quæ interpretatio, non minùs elegantem, quàm certam significationem continet: cùm ex illa altera Lector cogatur diuinare. Preterea quòd quędā nō necessaria sæpius ab eo adhibita sint; vt eo loco: *In auribus meis sunt, dicit Dominus*, ab eo additum est: *Sunt dicit.* Hæc & his similia, quanquam ea non sunt quæ fidem, ac pietatem offendant: attamen pro ratione susceptæ ab eo prouinciæ, non satis ad Hebraici textus fidem accuratè examinata, & conuersa, & indicanda & corrigenda esse, viri eruditissimi iudicarunt.

Isa. 2.

Isa. 5.

ITAQVE cùm præstantissimum illud, & Christianæ Reip. adeò necessarium Bibliorum opus antiquis linguis, earumque interpretationibus, characterum elegantia, omni denique ornatu & splendore illustratum, Philippi Regis auctoritate & liberalitate pararetur: illustrium virorum iudicio, optima illa, nec vllo pacto prætermittenda occasio fuit, quin maximus ille Apparatus Bibliorum de verbo è veritate Hebraica expressorum accessione cumularetur. Inter cætera verò omnia, illud huius operis à Sante Pagnino editum exemplar vna omnium commendatione approbatum est. Quo quidem summorum Theologorum consilio per nos, quibus totius huius negotij procuratio & executio commissa fuerat, & approbato, & cum Louaniensi Academia communicato, vt ea de re ab ea, quid agendum esset, deliberaretur, ac decerneretur, postulauimus. Itaq. post maturam hac de re deliberationem, tandem ab eius Academiæ Theologis in eam sententiam itum est, vt, scilicet, Regium illud opus, hac etiam in parte locupletatum prodiret. Huic autem rei optimè consultum fore existimatum est, si Santis Pagnini interpretatio, veluti omnium tutissima Hebraico textui annecteretur: ita tamen, vt priusquam prælo subiiceretur, à Censoribus Theologis doctissimis, & insigni linguarum cognitione præditis, qui ad omne opus Regium recognoscendum electi sunt, prius diligenter examinaretur; vt ab iis, siquid, quod ad sententiæ puritatem pertineat, à Pagnino minus animaduersum sit, annotaretur. Qui quidem, collatis inter se tribus ipsius Pagnini exemplaribus, diuersis temporibus in lucem emissis, adhibito etiam eius Dictionario Hebraico, aliisq. lucubrationibus & vigiliis, pleraque loca adnotarunt, quæ ipse Pagninus veritatis & sapientiæ amore ductus, aliter quàm in prima editione habebantur, legenda, & tenenda esse, & ingenuè agnouit, & constanter asseuerauit. Quamobrem nihil nos ab instituto opere alienum facturos, quin potius publicæ studiosorum vtilitati consulturos, eorumq. desiderio satisfacturos existimauimus, si tum ex ipsius Pagnini interpretatione, tum etiam ex Hebraicæ locutionis, ac proprietatis diligenti obseruatione, nouo labore, nouum opus contexeremus, in quo omnes dictiones quàm aptissimè, quoad effici posset (neque enim omnia eodem pondere, atq. eadem vi, ac proprietate, qua in primæua illa lingua leguntur, vt suprà demonstrauimus, ex ea in aliam linguā transferri possunt) de verbo expressæ essent. id autem negotij Censores, pro ea, quam nos habere iudicarunt, linguarum cognitione (quę quàm sit exigua, ingenuè agnoscimus) nobis committendum censuerunt. Quam quidē curam, etsi ea summis laboribus, ac difficultatibus carere non videbatur; lubenti tamen, atque alacri animo susceptam (nullos enim labores Christianę Reip. gratia ferre, ac perpeti nolumus) cum quibusdā linguarum peritissimis viris communicauimus. Porrò communicatis in singulos dies sententiis, ac verbis omnibus, eorumq. modis cæterisq. orationis partibus, quàm maximè fieri potuit, ad Latinæ linguæ proprietatem examinatis, non pristinam quidem illam Pagnini editionem, sed Hebraicā locutionē simplicissimè redditā in omnibus veteris Testamenti libris, tandem absoluimus. quam quidem nostram interpretationem ipsis Censoribus, atque adeò toti Louaniensi Academiæ probatam, in studiosorum gratiam edi curauimus, eamque Regiis Bibliis adiunximus; atq. in eorum gratiam, qui eam tantùm postularent, vt à reliquo Apparatu separata etiam concinnaretur, operam dedimus. Hanc certè interpretationem non solùm Hebraicæ linguę studiosis, verumetiam iis, qui Hebraicam vim, ac proprietatem Latinè cognoscere cupiunt, vsui maximè fore existimamus.

IIS autem qui in Hebraica lingua vel mediocriter exercitati sunt, hac nostra interpretatione ad verbum reddita, proposito etiam Hebraicæ linguæ idiotismo, atque idiotismorum, quos in hac nostra editione collegimus, addito libello, satis à nobis consultum esse existimamus. Aliis verò, tum ex Lexicis, tum ex Grammatica arte, aliisque adiumentis per nos allatis tantum compendij, facilitatis, ac perspicuitatis attulimus, vt, si modò assiduam operam, ac diligentiam ea in re adhibere velint, eam sibi quatuor, aut ad summum, sex mensium spatio linguæ Hebraicæ cognitionem acquirant, quæ ipsis in sacræ scripturæ lectione non parum afferet adiumenti. Dubium enim non est, quin Deus studium, & labores eorum promoturus sit, qui in sacris diuinæ Scripturę libris intelligendis, quantam poterunt, operam & industriam ponent. Totum denique opus ita à nobis concinnatum est, vt Pagnini editione in margine, bona fide, collocata, nostram interpretationem è verbo expressam alio chara-

ĉteris

cteris genere, videlicet, Italico, in eius locum substituerimus, vt hac, scilicet, characterum diuersitate & notulis in margine adhibitis, quid à nobis aut relictum sit, aut mutatum, perspici possit. Nostris autem laboribus effecimus, vt in coniūgendis Hebraicis dictionibus cum Latinis, nullus iam cuiusquam possit esse labor; cùm singulis Hebraicis vocibus singulæ Latinæ è regione respondeant. Ita vt ad similitudinem eorum qui musicas cantilenas suis notis distinctas, iisque subiectas, & annexas vno aspectu canunt, hic simul Hebræa & Latina, vno etiam aspectu legi, ac simul conferri possint. Difficilia etiam quorumuis verborum Themata, quas Radices vocant, in margine adscripta sunt, vt hac ratione Lexica seu Dictionaria tutiùs adiri possint, ac nullus dubitandi, aut diuinandi locus relinquatur. Etsi verò illud in primis optandum, atque omnibus sacræ scripturæ studiosis consulendum est, vt ad linguę Hebraicæ studia se conferant: attamen quia plerisque id, aut per ingenium, aut per otium, aut aliam quamuis ob causam non licet, illud ab omnibus, qui Latinè sciunt, præstari debet, vt, scilicet, Hebraicè saltem legere discant, si modò ex hoc libro fructum aliquem percipere cupiunt: is verò est trium, aut certè quatuor dierum labor, cuius eos certè nunquam pœnitebit. Quia verò qualis & quanta ex nostris hisce laboribus vtilitas percipi possit, ex diligenti operis ipsius lectione studiosi abundè cognoscent, finem tandem faciemus, ac precibus à Deo Opti. Max. omnis sapientiæ fonte supplices petemus, vt eam omnibus Christianis mentem iniiciat, qua præditi in eam sacræ Scripturæ lectionem incumbant quæ ei sit gratissima; ipsis verò ad cæleste regnum viam muniat tutissimam. Antuerpiæ Calen. Septembr. anno à virginis partu CIƆ IƆ LXXI.

VNIVERSIS & singulis præsentes literas inspecturis, lecturis, seu auditturis, GYSBERTVS SCHOOCK vtriusque Iuris Doctor, Almæ Vniuersitatis studij generalis oppidi Louaniensis Mechliniensis diœcesis Rector, salutem in Domino sempiternam, cum agnitione veritatis infrascriptorum. Notum facimus & præsentibus attestamur, excussis & diligenter inuestigatis actis nostræ Vniuersitatis, nos comperisse, quòd anno à Natiuitate Domini mil^mo. quingen^mo. sexage^mo. octauo, septimo Idus Octobris, in cōsessu prædictæ Vniuersitatis comparuit nobilissimus vir & eruditissimus S. Theologiæ Doctor, plurimarumq. linguarum cognitione admirandus, Dominus & Magister B. ARIAS MONTANVS, aulæ Regiæ Catholicæ Maiestatis in Hispania sacerdos, ab eadem Regia Catholica Ma^te. in has inferioris Germaniæ prouincias, ad sacra Biblia variis linguis, quibus primùm à suis auctoribus in lucem edita sunt, cum optimis quibusque eorum versionibus, tum veteribus, tum nouis, aliisq. eorundem ornamentis, atq. appendicibus per CHRISTOPH. PLANTINVM imprimenda legatus. Qui porrexit nobis, & antedictæ Vniuersitatis cōsessui Serenissimi Regis nostri Catholici literas. Quibus cum magna reuerētia & humili exosculatione susceptis & lectis, eadem Vniuersitas pium ac deuotum erga Catholicam religionem de huiusmodi Bibliis imprimendis institutum regium, summoperè laudandum, & omni diligentia iuuandum, promouendumque censuit, eidemque regiæ Catholicæ Maiestati de singulari fauore bonoque affectu erga studia Theologica, & vniuersam nostram Academiam, gratias egit quàm potuit maximas, omnemque operam atque diligentiam ad prædictum opus promouendum; & ad optatum finem, quantum in se esset, perducendum, promisit. Deinde, iam nominatus dominus B. ARIAS MONTANVS, circa opus prædictum perficiendum, eidem almæ Vniuersitati prædicti Regis nomine, & incūbent s sibi muneris ratione, quædam in dicto cōsessu proposuit. Et imprimis cùm Rex Catholicus hoc opus suum, non modò idoneis Dictionariis & Grammaticis instructum, sed omnibus partibus, quæcunq. ad vsum commoditatemque studiosorum, momenti aliquid haberent, auctum esse vellet, cumque multis doctis & piis viris non huius modò regionis, sed Hispanis quoque, Italis, Gallis, & aliis videretur versionem aliquam ad verbum textui Hebræo addi oportere, vt iis qui in illa lingua sese exercere vellent, hac etiam in parte consuleretur, deliberandum proposuit: An ne expediret ad studiosorum vtilitatem & operis ornamentum, talem ad verbum ex Hebræo versionem in fine operis addi? Deinde si hoc probaretur, quænam ex his quæ hactenus extiterunt, potissimùm deligi deberet? Et an ne Santis Pagnini versio maximè ad hoc præ aliis nouis versionibus idonea esset? præsertim cùm illa (licet non semper Hebraicam phrasim, & vim satis expresserit) tamen propiùs quàm cæteræ, ad eam accedat, & ex illustribus summorum Pontificum priuilegiis, probationibusque multum auctoritatis habeat. Ad hæc idem D. B. ARIAS MONTANVS petiuit à nobis, vt deligerentur viri doctrina ac diligentia præstantes, linguarumque cognitione instructi, qui in eiusmodi versione (si qua in parte opus esset) repurganda, ac præterea in Græcis, Hebræis, Chaldæis, & Syriacis Dictionariis, Grammaticis, & versionibus, aliisque ad horum Bibliorum apparatum & ornamentum facientibus partibus, antequam prælo committerentur, examinandis & diiudicandis, censorum munere fungerentur. Quibus ita propositis, matura deliberatione hac de re habita, Visum est nobis, ex omnium facultatum, præcipuè verò Theologicæ facultatis decreto non modò conueniens, verùm etiam valdè vtile & necessarium esse; vt huic præclaro operi Regio perficiendo versio ad verbum Hebraico textui superponeretur, atque inter eas, quæ recens editæ sunt, Santis Pagnini versio omnium commodissima tutissimaque est iudicata. Atque ad eam versionem examinandam, cæteraque omnia quæ per dictum D. B. ARIAM MONTANVM proposita fuerant, rectè atque ex sententia Regiæ Maiestatis exequenda nostro iudicio, ac cæterorum omnitū concordibus suffragiis, Censores delecti sunt venerabiles & eximij viri D. D. & Magistri AVGVSTINVS HVNNÆVS Regius & ordinarius, & CORNELIVS REYNERI GOVDANVS, Ordinarius, in dicta nostra hac Academia S. Theologiæ professores. Qui eam commissionem cum reuerentia suscipientes, omnem solicitudinem, diligentiam atque operam, ad dictum opus Regium consummandum promptè & libenter promiserunt. Atque vt munus sibi commissum meliùs & perfectiùs explerent, celeriùsq. & expeditiùs absoluerent, honorabilem virum Dominum & Magistrum IOHANNEM VVILHELMI HARLEMIVM, sacræ Theologiæ Licentiatum, ac societatis Iesu in dicto oppido Louaniensi, sacræ Scripturæ, & Hebraicæ linguæ professorem publicum, necnon quinque linguarum ad eam Dictionariorum, Grammaticarum, & versionum examinationem, de qua suprà diximus, faciendam necessariarum peritissimum, sibi socium & adiutorem assumpserunt. Iidemque Censores quum iam duorum annorum diligentia & labore munus sibi commissum expleuissent, Regiumque Bibliorum opus ex ea parte, quæ ad

suum

suum pertinebat officium, ad finem perduxissent: tandem die quo præsentes literæ scriptæ sunt, coram nobis & dictæ nostræ Vniuersitatis deputatis ordinariis, aliisque per nos in maiori numero assumptis, præsente etiam antedicto Domino & Magistro BENEDICTO ARIA MONTANO, in loco Capellari Ecclesiæ collegiatæ S. Petri dicti oppidi Louaniensis comparentes, omnes sacri operis Regij, & apparatus Bibliorum partes diligenter antea lectas & examinatas, à se approbatas fuisse, seseque approbare declararunt & affirmarunt, easdemque nobis & dictis Dominis de concilio nostro exhibuerunt, & quicquid in commemorato negotio ipsis à nobis commisso egissent, per partes singulas, prout sequitur, retulerunt. Imprimis videlicet, quòd versionem Santis Pagnini, ad diuersarum editionum eiusdem auctoris exemplaria diligenter cum Hebraico exemplari, atque vulgata versione Latina, nec non eiusdem Pagnini linguæ sanctæ Thesauro contulerunt, & erratis correctis approbarunt. Item quòd noui Testamenti Latinam versionem, quam ad textum Græcum antenominatus D. B. ARIAS MONTANVS quoad fieri poterat, accommodauit, examinarunt & approbarunt: illamque vtiliter textui Græco superponendam, vt verbo verbum respondeat (sicut in Hebraico textu veteris Testamenti factum erat) iudicarunt. Præterea quòd ante nominati D. B. ARIÆ MONTANI versionem paraphraseos Chaldaicæ in libros Iosue, Iudicum, Regum, Esther, Psalmorum, Ecclesiastæ, & item Paraphraseos Chaldaicæ in Prophetas maiores & minores ex Complutensi Bibliotheca allatam, & ad Hebraicam & Chaldaicam veritatem, ab eodem B. ARIA MONTANO correctam Latinam interpretationem diligenter examinarunt, examinatamque & repurgatam Calend. April. Anno mill^mo^. quingen^mo^. septuage^mo^. ita probarunt, vt ad ipsum textum Hebraicum, Latinumque plurimis in locis illustrandum, vtilem iudicarent. Quodque insuper ipsi Domini Censores Noui Testamenti Syriaca lingua conscripti, Latinam versioné à nobili viro Domino & Magistro GVIDONE FABRICIO BODERIANO confectá, per integros tres menses cum eodem Magistro GVIDONE attentè legerunt: & cum Syriaco ac Græco exemplari diligenter contulerunt; eamque ad textum vulgatæ editionis Latinæ illustrandum, perutilem esse, Calendis Iuliis anni suprapositi asseruerunt. Præter hæc autem exhibitam ipsis Dominis Censoribus Grammaticam Syriacam, vnà cum Dictionario eiusdem linguæ, à doctissimo ac Orientalium linguarum peritissimo viro ANDREA MASIO Bruxellensi confectam, ea, vt sacrarum literarum studiosis non mediocrem allatura vtilitatem, postridie Calend. Augusti anno prædicto se approbasse dixerunt. Iidem quoque Domini Censores Dictionarium Syro-chaldaicum Domini ac Magistri GVIDONIS FABRICII BODERIANI viri Hebraicæ, Syriacæ & Chaldaicæ linguæ doctissimi, post diligentem eius examinationem sese approbare testificati sunt. Probasse quoque sese iam anteà pridie Calendas Apriles, Anno mill^mo^. quingen^mo^. sexagesimo nono Epitomen Thesauri linguæ Hebraicæ, auctore Sante Pagnino Lucensi, eamque magno cum fructu Hebrææ linguæ studiosorum imprimendam & diuulgandam censuisse asseruerunt. Lexicon denique Græcum, diligentia & impensis CHRISTOPHORI PLANTINI ad sacrorum Bibliorum vsum concinnatú, iidem domini Censores à se probatum fuisse, Anno millesimo quingentesimo septuagesimo primo, die octauo Calendas Apriles dixerunt. Qua quidem relatione audita, omnes ad vnum, nullo reclamante, quicquid à dictis Dominis Censoribus in negotio prædicto factum erat, vehementer laudarunt & approbarunt, agentes sæpedicto Domino & Magistro BENEDICTO ARIÆ MONTANO, pro sua in obeunda legatione sibi commissa, Regiisque mandatis expediendis fide ac vigilantia, suo atque Christianæ Reipublicæ nomine, ingentes gratias. Similiter quoque commemoratis Dominis Censoribus AVGVSTINO HVNNÆO, CORNELIO GOVDANO & IOHANNI HARLEMIO, quod magna cum cura, & diligentia in hoc sacro opere Regio (quo nullum sacrarum literarum studiis prouehendis vtilius, nullú præclarius aut magnificentius post Typographicam arté inuentam, in lucem prodiit,) versati, negotium sibi cómissum fideliter exequuti essent, gratias maximas egerunt. Ad quorum omnium & singulorum præmissorum fidem & testimonium præsentes literas fieri, & per Notarium publicum dictæ almæ Vniuersitatis Scribam iuratum subsignari, sigillique Rectoratus dictæ Vniuersitatis iussimus & fecimus appensione communiri. Datum & actum Louanij, Anno à Natiuitate Domini millesimo quingentesimo septuagesimo primo, Mensis Martij die vigesimasexta.

Conrardus Syluius dictæ Vniuersitatis Notarius.

CENSVRA DOCTORVM PARISIENSIVM.

NOS Doctores Theologi infrà subscripti, de hac re consulti, iudicauimus versionem XANTIS PAGNINI *Lucensis addendam esse ad Biblia Complutensia, quæ nunc recuduntur à Plantino Typographo Antuerpiensi, vt sit adiumento studiosis linguæ sanctæ, ad cuius proprietatem inter eas, quæ hactenus prodierunt, ea versio proximè videtur accedere. Datum Parisiis, Anno 1569. die 8. Martij.*

Subsign.

H. Nebrisius.	I. Benedictus S. Theolog. Decanus.
I. Faber.	Dequictebeufius.
G. Postel. Reg. Lector.	Genebrardus Heb. lit. Regius Professor.

בראשית

LIBER GENESIS,

HEBRAICE BERESITH, ID EST,

In principio, cum versione Santis Pagnini, ad Hebraicam phrasin diligenter examinata.

DEVS creauit principio IN
1 בְּרֵאשִׁית בָּרָא אֱלֹהִים אֵת
erat terra Et .terram & cælos
2 הַשָּׁמַיִם וְאֵת הָאָרֶץ׃ וְהָאָרֶץ הָיְתָה
facies super caligo & :inanitas & solitudo
תֹהוּ וָבֹהוּ וְחֹשֶׁךְ עַל־פְּנֵי
super motabat† DEI spiritus & :abyssi
תְהוֹם וְרוּחַ אֱלֹהִים מְרַחֶפֶת עַל־
.lux fuit Et .lux Sit :Deus dixit Et . aquarum facies
פְּנֵי הַמָּיִם׃ 3 וַיֹּאמֶר אֱלֹהִים יְהִי־אוֹר וַיְהִי־אוֹר׃
inter Deus diuisit & :bona quòd ,lucem Deus vidit Et
4 וַיַּרְא אֱלֹהִים אֶת־הָאוֹר כִּי־טוֹב וַיַּבְדֵּל אֱלֹהִים בֵּין
.diem lucem Deus vocauit Et .tenebras inter & lucem
הָאוֹר וּבֵין הַחֹשֶׁךְ׃ 5 וַיִּקְרָא אֱלֹהִים לָאוֹר יוֹם
.vnus dies ,mane fuit & ,vespera fuit Et .noctem vocauit tenebras &
וְלַחֹשֶׁךְ קָרָא לָיְלָה וַיְהִי־עֶרֶב וַיְהִי־בֹקֶר יוֹם אֶחָד׃
sit & ,aquarum medio in expansio Sit :Deus dixit Et
6 וַיֹּאמֶר אֱלֹהִים יְהִי רָקִיעַ בְּתוֹךְ הַמָּיִם וִיהִי
, expansionem Deus fecit Et . aquas ad aquas inter diuidens
מַבְדִּיל בֵּין מַיִם לָמָיִם׃ 7 וַיַּעַשׂ אֱלֹהִים אֶת־הָרָקִיעַ
quæ aquas inter &,expãsionem subter† quæ aquas inter diuisit &
וַיַּבְדֵּל בֵּין הַמַּיִם אֲשֶׁר מִתַּחַת לָרָקִיעַ וּבֵין הַמַּיִם אֲשֶׁר
expansionem Deus vocauit Et .ita fuit Et .expansionẽ super‡
מֵעַל לָרָקִיעַ וַיְהִי־כֵן׃ 8 וַיִּקְרָא אֱלֹהִים לָרָקִיעַ
:Deus dixit Et .secundus dies ,mane fuit &, vespera fuit Et :cælos
שָׁמָיִם וַיְהִי־עֶרֶב וַיְהִי־בֹקֶר יוֹם שֵׁנִי׃ 9 וַיֹּאמֶר אֱלֹהִים
appareat &* ,vnum locũ ad cælis sub de* aquæ Cõgregetur
יִקָּווּ הַמַּיִם מִתַּחַת הַשָּׁמַיִם אֶל־מָקוֹם אֶחָד וְתֵרָאֶה
;terram ,aridam Deus vocauit Et .ita fuit Et .arida
הַיַּבָּשָׁה וַיְהִי־כֵן׃ 10 וַיִּקְרָא אֱלֹהִים לַיַּבָּשָׁה אֶרֶץ
quòd Deus vidit Et .maria appellauit aquarum cõgregatiõe &
וּלְמִקְוֵה הַמַּיִם קָרָא יַמִּים וַיַּרְא אֱלֹהִים כִּי־
herbam ,germen terra Germinet :Deus dixit Et .bonum*
טוֹב׃ 11 וַיֹּאמֶר אֱלֹהִים תַּדְשֵׁא הָאָרֶץ דֶּשֶׁא עֵשֶׂב
,suæ speciei fructũ facientem fructus arborem,semen seminificantẽ
מַזְרִיעַ זֶרַע עֵץ פְּרִי עֹשֶׂה פְּרִי לְמִינוֹ
terra protulit Et .ita fuit Et .terram super ea in semen cuius
אֲשֶׁר זַרְעוֹ־בוֹ עַל־הָאָרֶץ וַיְהִי־כֵן׃ 12 וַתּוֹצֵא הָאָרֶץ
facientẽ arborẽ & ,sua specie in semẽ seminificantẽ herbam ,germen
דֶּשֶׁא עֵשֶׂב מַזְרִיעַ זֶרַע לְמִינֵהוּ וְעֵץ עֹשֶׂה־
.bonũ quòd Deus vidit Et .sua specie in ea in semen cuius fructũ
פְּרִי אֲשֶׁר זַרְעוֹ־בוֹ לְמִינֵהוּ וַיַּרְא אֱלֹהִים כִּי־טוֹב׃
.tertius dies ,mane fuit & ,vespera fuit Et
13 וַיְהִי־עֶרֶב וַיְהִי־בֹקֶר יוֹם שְׁלִישִׁי׃
,cælorum expansione in luminaria Sint :Deus dixit Et
14 וַיֹּאמֶר אֱלֹהִים יְהִי מְאֹרֹת בִּרְקִיעַ הַשָּׁמַיִם
tempora & signa in sint & ;noctem inter & diem inter diuidendũ ad
לְהַבְדִּיל בֵּין הַיּוֹם וּבֵין הַלָּיְלָה וְהָיוּ לְאֹתֹת וּלְמוֹעֲדִים
cælorum expãsione in luminaria in sint & ,annos & ,dies &
וּלְיָמִים וְשָׁנִים׃ 15 וְהָיוּ לִמְאוֹרֹת בִּרְקִיעַ הַשָּׁמַיִם
Deus fecit Et .ita fuit Et .terram super illuminandũ ad
לְהָאִיר עַל־הָאָרֶץ וַיְהִי־כֵן׃ 16 וַיַּעַשׂ אֱלֹהִים אֶת־
,diei dominium ad maius luminare :magna luminaria duo
שְׁנֵי הַמְּאֹרֹת הַגְּדֹלִים אֶת־הַמָּאוֹר הַגָּדֹל לְמֶמְשֶׁלֶת הַיּוֹם
,stellas & ,noctis dominium ad minus luminare &
וְאֶת־הַמָּאוֹר הַקָּטֹן לְמֶמְשֶׁלֶת הַלַּיְלָה וְאֵת הַכּוֹכָבִים׃
super illuminandũ ad ,cœli expãsione in Deus eas Posuit
17 וַיִּתֵּן אֹתָם אֱלֹהִים בִּרְקִיעַ הַשָּׁמָיִם לְהָאִיר עַל־
inter diuidendũ ad & ,nocte in & die in dominandũ ad Et .terram
הָאָרֶץ׃ 18 וְלִמְשֹׁל בַּיּוֹם וּבַלַּיְלָה וּלֲהַבְדִּיל בֵּין
fuit Et .bonum quòd Deus vidit Et .tenebras inter & lucem
הָאוֹר וּבֵין הַחֹשֶׁךְ וַיַּרְא אֱלֹהִים כִּי־טוֹב׃ 19 וַיְהִי־
Reptificet :Deus dixit Et .quartus dies ,mane fuit & ,vespera
עֶרֶב וַיְהִי־בֹקֶר יוֹם רְבִיעִי׃ 20 וַיֹּאמֶר אֱלֹהִים יִשְׁרְצוּ
super terram super volet volatile & :viuẽtis animæ reptile aquæ
הַמַּיִם שֶׁרֶץ נֶפֶשׁ חַיָּה וְעוֹף יְעוֹפֵף עַל־הָאָרֶץ עַל־

הָיָה — tenebræ in superficie — חָשַׁךְ בָּהָה — †flabat — רָחַף — פָּנָה הָיָה — †esset — רָאָה — firmamentũ — diuidat aquas ab aquis. — firmamentũ — עָשָׂה — †erant — ‡erant — שָׁנָה — *quæ sunt — †vt cõspiciatur — קָוָה — קוּם — *esset — fructiferam — פָּרָה — יָצָא — *esset — אוֹר — אוֹת יָעַד — יוֹם שָׁנָה — אוֹר — ‡esset

cetos Deus creauit Et .cælorum expansionis facies
פְּנֵי רְקִיעַ הַשָּׁמָיִם׃ 21 וַיִּבְרָא אֱלֹהִים אֶת־הַתַּנִּינִם
fecerũt repere quã repente viuentẽ animã omnem & ,magnos
הַגְּדֹלִים וְאֵת כָּל־נֶפֶשׁ הַחַיָּה הָרֹמֶשֶׂת אֲשֶׁר שָׁרְצוּ
vidit Et .sua specie in alatũ volatile omne & ,sua specie in aquæ
הַמַּיִם לְמִינֵהֶם וְאֵת כָּל־עוֹף כָּנָף לְמִינֵהוּ וַיַּרְא
:dicendo ,Deus eis benedixit Et .bonum quòd Deus
אֱלֹהִים כִּי־טוֹב׃ 22 וַיְבָרֶךְ אֹתָם אֱלֹהִים לֵאמֹר
volatile & :maribus in aquas replete &,multiplicamini & Crescite
פְּרוּ וּרְבוּ וּמִלְאוּ אֶת־הַמַּיִם בַּיַּמִּים וְהָעוֹף
dies ,mane fuit & vespera fuit Et .terra in se multiplicet
יִרֶב בָּאָרֶץ׃ 23 וַיְהִי־עֶרֶב וַיְהִי־בֹקֶר יוֹם
viuentẽ animam terra Producat :Deus dixit Et .quintus
חֲמִישִׁי׃ 24 וַיֹּאמֶר אֱלֹהִים תּוֹצֵא הָאָרֶץ נֶפֶשׁ חַיָּה
suã speciẽ secũdũ terræ feram & reptile & iumentũ ,suam speciem ad
לְמִינָהּ בְּהֵמָה וָרֶמֶשׂ וְחַיְתוֹ־אֶרֶץ לְמִינָהּ
suã speciẽ secundũ terræ feram Deus fecit Et .ita fuit Et
וַיְהִי־כֵן׃ 25 וַיַּעַשׂ אֱלֹהִים אֶת־חַיַּת הָאָרֶץ לְמִינָהּ
terræ reptile omne & sua speciẽ secundũ iumentum &
וְאֶת־הַבְּהֵמָה לְמִינָהּ וְאֵת כָּל־רֶמֶשׂ הָאֲדָמָה
:Deus dixit Et .bonũ quòd Deus vidit Et .suam speciem ad
לְמִינֵהוּ וַיַּרְא אֱלֹהִים כִּי־טוֹב׃ 26 וַיֹּאמֶר אֱלֹהִים
dñẽtur & ,nostrã similitudinẽ scdm ,nostra imagine in hominẽ Faciamus
נַעֲשֶׂה אָדָם בְּצַלְמֵנוּ כִּדְמוּתֵנוּ וְיִרְדּוּ
,terrã omnẽ in & iumẽtũ in & ,cæli volatile in & maris pisces in
בִדְגַת הַיָּם וּבְעוֹף הַשָּׁמַיִם וּבַבְּהֵמָה וּבְכָל־הָאָרֶץ
Deus creauit Et .terram super reptans reptile omne in &
וּבְכָל־הָרֶמֶשׂ הָרֹמֵשׂ עַל־הָאָרֶץ׃ 27 וַיִּבְרָא אֱלֹהִים
masculũ :illũ creauit Dei imagine in ;sua imagine in hominem
אֶת־הָאָדָם בְּצַלְמוֹ בְּצֶלֶם אֱלֹהִים בָּרָא אֹתוֹ זָכָר
dixit & ,Deus eis benedixit Et .eos creauit fœminã &
וּנְקֵבָה בָּרָא אֹתָם׃ 28 וַיְבָרֶךְ אֹתָם אֱלֹהִים וַיֹּאמֶר
,terram replete & ,vos multiplicate & Crescite :Deus eos ad
לָהֶם אֱלֹהִים פְּרוּ וּרְבוּ וּמִלְאוּ אֶת־הָאָרֶץ
, cæli volatile in & ,maris pisces in dominamini & :eã subijcite &
וְכִבְשֻׁהָ וּרְדוּ בִּדְגַת הַיָּם וּבְעוֹף הַשָּׁמַיִם
:Deus dixit Et .terram super reptantem bestiam omnẽ in &
וּבְכָל־חַיָּה הָרֹמֶשֶׂת עַל־הָאָרֶץ׃ 29 וַיֹּאמֶר אֱלֹהִים
quæ semen seminificantẽ herbam omnem vobis dedi Ecce
הִנֵּה נָתַתִּי לָכֶם אֶת־כָּל־עֵשֶׂב זֹרֵעַ זֶרַע אֲשֶׁר
fructus * quæ in arborem omnem & ;terræ omnis superficie in
עַל־פְּנֵי כָל־הָאָרֶץ וְאֶת־כָּל־הָעֵץ אֲשֶׁר־בּוֹ פְרִי־
omni Et .escam in erit vobis :semẽ seminificans arboris
עֵץ זֹרֵעַ זָרַע לָכֶם יִהְיֶה לְאָכְלָה׃ 30 וּלְכָל־
super reptãti omni & ,cælorum volatili omni & ,terræ bestiæ
חַיַּת הָאָרֶץ וּלְכָל־עוֹף הַשָּׁמַיִם וּלְכֹל רוֹמֵשׂ עַל־
.escam in herbæ olus omne ,viuens anima quo in terram
הָאָרֶץ אֲשֶׁר־בּוֹ נֶפֶשׁ חַיָּה אֶת־כָּל־יֶרֶק עֵשֶׂב לְאָכְלָה
bonum ecce & ,fecerat quod omne Deus vidit Et .ita fuit &
וַיְהִי־כֵן׃ 31 וַיַּרְא אֱלֹהִים אֶת־כָּל־אֲשֶׁר עָשָׂה וְהִנֵּה־טוֹב
.sextus ipse dies ,mane fuit & vespera fuit Et :valde
מְאֹד וַיְהִי־עֶרֶב וַיְהִי־בֹקֶר יוֹם הַשִּׁשִּׁי׃

CAP. II. ב

perfecit Et .eorũ exercitus oĩs &,terra & cæli sunt perfecti Et
1 וַיְכֻלּוּ הַשָּׁמַיִם וְהָאָרֶץ וְכָל־צְבָאָם׃ 2 וַיְכַל
die in requieuit & :fecerat quod suum opus septimo die in Deus
אֱלֹהִים בַּיּוֹם הַשְּׁבִיעִי מְלַאכְתּוֹ אֲשֶׁר עָשָׂה וַיִּשְׁבֹּת בַּיּוֹם
Deus benedixit Et .fecerat quod suo opere omni ab septimo
הַשְּׁבִיעִי מִכָּל־מְלַאכְתּוֹ אֲשֶׁר עָשָׂה׃ 3 וַיְבָרֶךְ אֱלֹהִים
omni ab requieuerat eo in quia :illũ sanctificauit & ,septimo diei
אֶת־יוֹם הַשְּׁבִיעִי וַיְקַדֵּשׁ אֹתוֹ כִּי בוֹ שָׁבַת מִכָּל־
generationes Istæ .faceret vt Deus creauerat quod ,suo opere
מְלַאכְתּוֹ אֲשֶׁר־בָּרָא אֱלֹהִים לַעֲשׂוֹת׃ 4 אֵלֶּה תוֹלְדוֹת
Deus Dñs facere die in ea creari in† ,terræ & cæli
הַשָּׁמַיִם וְהָאָרֶץ בְּהִבָּרְאָם בְּיוֹם עֲשׂוֹת יְהוָה אֱלֹהִים

פָּרָה רָבָה — יָם — bestias — חַיָּה — bestias — ad imaginẽ nostram — דָּמָה רָדָה — ad imaginẽ suã, ad imaginem — נָתַן — *est — עָשָׂה — יָלַד — †quãdo creati sunt — ‡quo fecit — ה׳ וגו׳

A

,terra in esset antequā ,agri virgultū omne Et cælum & terra
אֶרֶץ וְשָׁמָיִם׃ 5 וְכֹל שִׂיחַ הַשָּׂדֶה טֶרֶם יִהְיֶה בָאָרֶץ
Domin' fecit pluere non quia :oriretur antequā ,agri herbā omnē &
וְכָל־עֵשֶׂב הַשָּׂדֶה טֶרֶם יִצְמָח כִּי לֹא הִמְטִיר יְהוָה
terram. colendam ad non homo &,terram super Deus
אֱלֹהִים עַל־הָאָרֶץ וְאָדָם אַיִן לַעֲבֹד אֶת־הָאֲדָמָה׃
faciem vniuersam irrigabat &,terra de ascendebat vapor Et
6 וְאֵד יַעֲלֶה מִן־הָאָרֶץ וְהִשְׁקָה אֶת־כָּל־פְּנֵי
de puluerem hominem Deus Dominus formauit Et .terræ
הָאֲדָמָה׃ 7 וַיִּיצֶר יְהוָה אֱלֹהִים אֶת־הָאָדָם עָפָר מִן־
homo fuit & ;vitæ spiraculū eius facie in inspirauit & ,terra
הָאֲדָמָה וַיִּפַּח בְּאַפָּיו נִשְׁמַת חַיִּים וַיְהִי הָאָדָם
Hedē in hortū Deus Dñs plantauit Et .viuentem animā in
לְנֶפֶשׁ חַיָּה׃ 8 וַיִּטַּע יְהוָה אֱלֹהִים גַּן־בְּעֵדֶן
fecit germinare Et .formauit quē ,hominē ibi posuit & ;oriente ab
מִקֶּדֶם וַיָּשֶׂם שָׁם אֶת־הָאָדָם אֲשֶׁר יָצָר׃ 9 וַיַּצְמַח
concupiscibilem arborem omnem terra è Deus Dominus
יְהוָה אֱלֹהִים מִן־הָאֲדָמָה כָּל־עֵץ נֶחְמָד
arborē & ,horti medio in vitæ arborē & :escam in bonā & ,visum ad
לְמַרְאֶה וְטוֹב לְמַאֲכָל וְעֵץ הַחַיִּים בְּתוֹךְ הַגָּן וְעֵץ
irrigandū ad ,Heden ex egrediens fluuius Et .mali & boni scientiæ
הַדַּעַת טוֹב וָרָע׃ 10 וְנָהָר יֹצֵא מֵעֵדֶן לְהַשְׁקוֹת
Nomen .capita quatuor in est &,diuiditur inde & : hortum
אֶת־הַגָּן וּמִשָּׁם יִפָּרֵד וְהָיָה לְאַרְבָּעָה רָאשִׁים׃ 11 שֵׁם
ibi quod ,Chauilah terram totā circuiens ipse ; Pison ,vnius
הָאֶחָד פִּישׁוֹן הוּא הַסֹּבֵב אֵת כָּל־אֶרֶץ הַחֲוִילָה אֲשֶׁר־שָׁם
lapis &,bdelium ibi :bonū illius terræ aurum Et .aurum
הַזָּהָב׃ 12 וּזֲהַב הָאָרֶץ הַהִוא טוֹב שָׁם הַבְּדֹלַח וְאֶבֶן
omnē circuiens ipse .Ghichō secundi fluuij nomen Et .onyx
הַשֹּׁהַם׃ 13 וְשֵׁם־הַנָּהָר הַשֵּׁנִי גִּיחוֹן הוּא הַסּוֹבֵב אֵת כָּל־
vadens ipse :Chidekel tertij fluuij nomen Et .Æthiopiæ terrā
אֶרֶץ כּוּשׁ׃ 14 וְשֵׁם הַנָּהָר הַשְּׁלִישִׁי חִדֶּקֶל הוּא הַהֹלֵךְ
Dominus tulit Et .Perath ipse ,quartus fluuius Et .Assur ante
קִדְמַת אַשּׁוּר וְהַנָּהָר הָרְבִיעִי הוּא פְרָת׃ 15 וַיִּקַּח יְהוָה
eū colēdum ad,Heden horto in eum posuit &,hominem Deus
אֱלֹהִים אֶת־הָאָדָם וַיַּנִּחֵהוּ בְגַן־עֵדֶן לְעָבְדָהּ
:dicēdo hominem ad Deus Dñs præcepit Et .eū custodiēdū ad &
וּלְשָׁמְרָהּ׃ 16 וַיְצַו יְהוָה אֱלֹהִים עַל־הָאָדָם לֵאמֹר
scientiæ arbore ex Et .comedes comedēdo horti arbore omni Ex
מִכֹּל עֵץ־הַגָּן אָכֹל תֹּאכֵל׃ 17 וּמֵעֵץ הַדַּעַת
,ea ex te comedere die in quia ,ea ex comedes non ,mali & boni
טוֹב וָרָע לֹא תֹאכַל מִמֶּנּוּ כִּי בְּיוֹם אֲכָלְךָ מִמֶּנּוּ
esse bonum Non :Deus Dñs dixit Et .morieris moriēdo
מוֹת תָּמוּת׃ 18 וַיֹּאמֶר יְהוָה אֱלֹהִים לֹא־טוֹב הֱיוֹת
formauit Et .eo coram tanquam ,adiutoriū ei faciam :solum hominē
הָאָדָם לְבַדּוֹ אֶעֱשֶׂה־לּוֹ עֵזֶר כְּנֶגְדּוֹ׃ 19 וַיִּצֶר
volatile omne & ,agri bestiā omnē terra è Deus Dñs
יְהוָה אֱלֹהִים מִן־הָאֲדָמָה כָּל־חַיַּת הַשָּׂדֶה וְאֵת כָּל־עוֹף
vocaret quid videndū ad ,hominē ipsum ad adduxit & ,cæli
הַשָּׁמַיִם וַיָּבֵא אֶל־הָאָדָם לִרְאוֹת מַה־יִּקְרָא־
.eius nomē hoc ,viuētis animæ homo illud vocauit quod ōe & : illud
לוֹ וְכֹל אֲשֶׁר יִקְרָא־לוֹ הָאָדָם נֶפֶשׁ חַיָּה הוּא שְׁמוֹ׃
,cæli volatili & animali omni nomina homo vocauit Et
20 וַיִּקְרָא הָאָדָם שֵׁמוֹת לְכָל־הַבְּהֵמָה וּלְעוֹף הַשָּׁמַיִם
adiutorium inuenit non hominī Et .agri bestiæ omni &
וּלְכֹל חַיַּת הַשָּׂדֶה וּלְאָדָם לֹא־מָצָא עֵזֶר
super soporem Deus Dñs fecit cadere Et .eo corā tanquam
כְּנֶגְדּוֹ׃ 21 וַיַּפֵּל יְהוָה אֱלֹהִים תַּרְדֵּמָה עַל־
carnem clausit & ,eius costis è vnam cepit & :dormiuit & ,hominē
הָאָדָם וַיִּישָׁן וַיִּקַּח אַחַת מִצַּלְעֹתָיו וַיִּסְגֹּר בָּשָׂר
ceperat quam costam Deus Dñs ædificauit Et .ea pro
תַּחְתֶּנָּה׃ 22 וַיִּבֶן יְהוָה אֱלֹהִים אֶת־הַצֵּלָע אֲשֶׁר־לָקַח
dixit Et .hominem ad eam adduxit & :mulierē in homine de
מִן־הָאָדָם לְאִשָּׁה וַיְבִאֶהָ אֶל־הָאָדָם׃ 23 וַיֹּאמֶר
.mea carne ex caro & ,meis ossibus ex os vice Hac :homo
הָאָדָם זֹאת הַפַּעַם עֶצֶם מֵעֲצָמַי וּבָשָׂר מִבְּשָׂרִי
Idcirco .ipsa est sumpta viro ex quia ,Virago vocabitur hanc ad
לְזֹאת יִקָּרֵא אִשָּׁה כִּי מֵאִישׁ לֻקֳחָה־זֹּאת׃ 24 עַל־כֵּן
,sua vxore cū adhærebit &,suā matrē & suum patrem vir relinquet
יַעֲזָב־אִישׁ אֶת־אָבִיו וְאֶת־אִמּוֹ וְדָבַק בְּאִשְׁתּוֹ
homo ,nudi ipsi ambo erant Et .vnam carnem in erūt &
וְהָיוּ לְבָשָׂר אֶחָד׃ 25 וַיִּהְיוּ שְׁנֵיהֶם עֲרוּמִּים הָאָדָם
.erubescebant non &,eius vxor &
וְאִשְׁתּוֹ וְלֹא יִתְבֹּשָׁשׁוּ׃

non erat qui coleret — פָּנָה — è puluere terræ — נָפַח — נָטַע — visu — egrediebatur — יָדַע רוּעַ — שָׁקָה — circuit — vbi est aurū †est — circuit — vadit ad Orientē Assur — est — לָקַח — נוּחַ — צָוָה — quo comederis — Nō est bonū — חָיָה — quod sit coram eo — בָּדַד — בּוֹא רָאָה — est — quod esset — נָפַל — בָּנָה — אִישׁ — quapropter Virissa — vnusquisq; vxori suæ — caro vna — שָׁנָה — pudebat eos

CAP. III. 3

Dñs fecerat quam agri bestia omni callidior erat serpens Et
1 וְהַנָּחָשׁ הָיָה עָרוּם מִכֹּל חַיַּת הַשָּׂדֶה אֲשֶׁר עָשָׂה יְהוָה
Non ,Deus dixit quòd Etiam : mulierem ad dixit Et . Deus
אֱלֹהִים וַיֹּאמֶר אֶל־הָאִשָּׁה אַף כִּי־אָמַר אֱלֹהִים לֹא
,serpentem ad mulier dixit Et :horti arbore omni ex comedetis
תֹאכְלוּ מִכֹּל עֵץ הַגָּן׃ 2 וַתֹּאמֶר הָאִשָּׁה אֶל־הַנָּחָשׁ
medio in quæ arboris fructu de Et .vescemur horti arboris fructu De
מִפְּרִי עֵץ־הַגָּן נֹאכֵל׃ 3 וּמִפְּרִי הָעֵץ אֲשֶׁר בְּתוֹךְ־
fortè ne,eā in tāgetis non &,ea ex comedetis Non ,Deus dixit ,horti
הַגָּן אָמַר אֱלֹהִים לֹא תֹאכְלוּ מִמֶּנּוּ וְלֹא תִגְּעוּ בּוֹ פֶּן־
moriendo Non :mulierem ad serpens dixit Et .moriamini
תְּמֻתוּן׃ 4 וַיֹּאמֶר הַנָּחָשׁ אֶל־הָאִשָּׁה לֹא־מוֹת
vos comedere die in quòd Deus sciens Quoniam .moriemini
תְּמֻתוּן׃ 5 כִּי יֹדֵעַ אֱלֹהִים כִּי בְּיוֹם אֲכָלְכֶם
.malū & bonū sciētes, dij sicut eritis & ,vestri oculi aperientur,ea ex
מִמֶּנּוּ וְנִפְקְחוּ עֵינֵיכֶם וִהְיִיתֶם כֵּאלֹהִים יֹדְעֵי טוֹב וָרָע׃
desiderium quòd & ,cibum ad arbor bona quòd,mulier vidit Et
6 וַתֵּרֶא הָאִשָּׁה כִּי טוֹב הָעֵץ לְמַאֲכָל וְכִי תַאֲוָה־
cepit & : intelligendum ad arbor concupiscibilis & ,oculis ipsa
הוּא לָעֵינַיִם וְנֶחְמָד הָעֵץ לְהַשְׂכִּיל וַתִּקַּח
.comedit & ,secum suo viro etiam dedit & :comedit & ,ei fructu de
מִפִּרְיוֹ וַתֹּאכַל וַתִּתֵּן גַּם־לְאִישָׁהּ עִמָּהּ וַיֹּאכַל׃
nudi quòd cognouerūt &,ipsorū amborū oculi sunt aperti Et
7 וַתִּפָּקַחְנָה עֵינֵי שְׁנֵיהֶם וַיֵּדְעוּ כִּי עֵירֻמִּם
.cingulos sibi fecerūt & ,ficus folia consuerūt & : ipsi
הֵם וַיִּתְפְּרוּ עֲלֵה תְאֵנָה וַיַּעֲשׂוּ לָהֶם חֲגֹרֹת׃
aurā ad horto in ambulātis Dei Dñi vocem audiuerūt Et
